Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De ss. Eucharistiae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 318

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[S.l.], [17. Jahrh.]

Articulus 3tius

urn:nbn:de:bsz:31-131434

Visual Library

Articulus 3tius.

Solvuntur Objectiones ex Patribus.

29. Ob: i. S.S. P.P. Eucharistiam saepe appellant figuram, simbolum, signum, typum, antitypum corporis Christi. ergo non est realiter corpus Christi. Confirmatur. S. Aug: de doctrina Christiana lib. i. cap: 16. verba illa Christi: nisi manducaveritis carnem filii hominis, spiritualiter tantum exponit, ait enim: quid paras dentem et ventrem, crede, et manducasti. Item alibi ait: non dubitavit Dominus dicere hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui. Commentario in psalmum 3tium. Christus adhibuit Judam ad convivium, in quo corporis sui figuram commendavit. Commentario in psalmum 98. non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent: sacramentum aliquod commendavi vobis. Rursus tract: 59. in Joan: illi manducabant panem Dominum, Judas panem Domini.

30. Rursus tract: 26. credere in eum hoc est manducare panem ~~vivum~~ vivum. et lib: de doctrina Christiana cap: 16. ait, iis verbis nil aliud significari, quam passionem Domini communicandam et mente suaviter cogitandam Christi Domini mortem. lib. i. contra Julianum ait, non solum adultis, sed etiam infantibus esse necessariam Eucharistiam, quod explicat dicens, infantes per susceptionem Baptismi communicare corpori Christi, et implere praeceptum Eucharistiae.

Confirmatur 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. cap.
6. Basilius epist. 141. Hieron. in psalmum 147.
per carnem et sanguinem Christi intelligunt Verbum
Dei, scripturas et doctrinam, quibus spiritu-
aliter nutrimur: ergo non docent veram realem
præsentiam in Eucharistia.
R. mentem S.S. patrum esse quoad hoc myste- 31.
rium clarissimam, et possunt videri apud Bell-
arminum lib. 2. de Eucharistia citati per
omnia æra Christiana sæcula, et ætates +
eorum invicta testimonia, quæ esset longum
referre. præsertim auctor hic ex omnibus
D. Th. tomis affert sententias mysterium hoc ad-
struentes, et quia hoc S. Doctore abutuntur
hæretici, refero tamen unum aut alterum ejus
textum. Epistola 120. ad honoratum cap. 20.
in illud psalmi 21. manducaverunt et ado-
raverunt omnes divites plebis: ait: et ipsi
adducti sunt ad mensam Christi, et accipiunt de
corpore et sanguine ejus, sed adorant tamen,
non etiam saturantur. ergo ex S. Doctoris mente acci-
piunt de reali corpore Domini; hoc solum est
adoratur.
Lib. 3. de Trinitate ait: dicit pueris au- 32.
ctoritate gravissima, quod in altari sit corpus
et sanguis Christi. ergo cum pueri hoc
audientes id intelligant de reali non tamen de
spirituali et figurata præsentia, et

aug: judicet, eos n̄ habere fidē falsā,
Chrūs ē realiter praesens. lib. 2. cōtra
adversariū legis ait, Chrūm dedisse carnē
suā manducandā, et sanguinē bibendū corde
et ore: quo n̄ tm̄ spiritualiter corde, sed etiā
realiter ore. Concione 1. in psal: 33. ait,
Chrūm solū se manibus suis portasse in cœna,
qdo sub: apostolis Eucharistiā distribuit: aitq
hoc n̄ poē fieri ab hoē: at. si tm̄ fere,
bat manibus suis figuratè, pōt hoc fieri
â quolibet hoē, cum quilibet poīt ferre
manibus aliquā sui imaginē. plura vide
l: c: apud Bellarm.

33. Vlterius SS. Patres. 1. expressis verbis
excludunt solā figurā, ajuntq hoc Sacrmt
â veteribus agno paschali, manna, panibus
~~propos~~ ppōis &c: differre tqm veritē
â figuris, corpus ab umbra, rem cœ,
lestē, dīnā, â terrena, 2. docent Chrūm n̄
sola fide, sed reipsa nobis cōjungi. 3. mirè
extollunt maximè Christi amorē, nos
pascentis sua carne, cum nec pastores
ovibus, nec matres filiis, nec amici
amicis carnē suā manducandā proponant.
4. raōē dant, quare sub speciebus panis

et vini dare voluerit se manducandum,
ne fil: gerriamq horore. 5. titulis
magnificentissimis sacramentum hoc ho-
norant vocantes illud sanctum Dei,
Sancta sanctorum, summum bonum, memoriam
omnium beneficiorum Dei, terribile myste-
rium, bonam gratiam.
6to dicunt esse stupendum divinae omnipotentiae
miraculum, transcendens omnem captum humanum: 34.
fidelibus constanter inculcant, non esse cre-
dendum sensibus, sed verbis Christi, ubi
aqua quae sophorunt, nisi per infallibilem
auctoritatem Christi, et divinam potentiam,
comparant illud cum aliis mysteriis
Incarnationis, Trinitatis etc. 7. sic censue-
runt hoc sacramentum dignum summo honore.
hinc illud adorarunt: diligentissime ca-
verunt, ne quid in terram decideret; asse-
ruere, adstare ibi angelos adoratores:
non permisere illud videri ab infidelibus
imo nec a cathecumenis: et coram his
non sunt de eo locuti, nisi verbis obscuris,
loco explicationis adhibentes illud:
nôrunt fideles. 8. docent in hoc

mysterio fieri verā mutaōē et conver-
sioē panis et vini et in corpus et
sanguinē; et comparant mutaōiby aquæ
in vinū, virga moysis in serpentē, panis
in carnē: docent, n̄ manere panē, et
hanc mutaōē fieri per ōīpotētiā Dei
quæ oīa n̄ conveniunt figuratæ tm̄ illi
āb adversarijs assertæ præsentiæ Chri
ut cuilibet n̄ onō indisciplinato ingenio
facilè patet.

35. R. jam directè. N. ḡsiā. Eucharīā dupli-
citer p̄t sumi, vel ut in recto veniant
solæ spēēs: vel ut ipsū corpus et sanguis
Dniq. si sumit primo modo, ē signū corpo
Christi præsentis: si 2do modo, ē signū cor-
poris Christi ut visibilis hnā foā et in
cruce īmolati: et in hoc sensu sæpè
Eucharīā dicunt S.S. PP. et præsertim
S. Aug: signū, quatenq sub: significat, et
in memoriā revocat corpus Christi, in
cruce īmolatū. ad 1. Confirmaōē. q̄
sentiat Aug: patet ex textiby ā nobis
allatis. R. 2. ad 1. textū cum Bellarm.
S. aug: ibi loqui n̄ de sacrm̄to,

ad de fide Incarnaois, cum ibi nondū 17
pervenerit ad locū Evāglij, ubi
agit de sacrmto. unde licet ibi agat
de spiritli manducaoē, n̄ excludit realē.
ad 2dū textū R. Eucharia ēē signū 30.
corporis Dni præsentis, si spēes sacrmtles
veniant in recto, vel signū corporis ut
in crucē imolati, si ipsū corpus ve-
niat in recto. in 3tio textu iterū
dicit Eucharia signū corporis vel q̄
spēes sacrmtles veniunt in recto, vel
q̄ sgficat corpus in cruce. in 4to textu
 dicit n̄ ēē idē corpus quoad aliqua
accidentia, licet sit idē quoad sbstiā,
eo sensu, quo ille apud S. ambros: dixit:
ego n̄ sum ego, sicut em̄ apost 1. ad Cor:
15. dicit: n̄ corpus, q̄ futurū ē, se-
minas, sed nudū granū: et dicit, n̄
idē corpus hnū mori, et seminari
in sepulchro, q̄ postea resurget, idē
n̄ idē quoad accidentiā, licet idē
quoad sbstiā, quē modū loquendi
notavit ipse Aug: epist. 146. quomodo
am̄ n̄ manducet idē corpus, explicat

S. Doctor ibidem, cum ait putasse
Capharnaitas carnem Christi scindendam
in particulas, et sic manducandam.
37. Ad 3tium textum. S. Aug: saepe illud tantum di-
cit vere esse tale, quod habet suum effectum,
seu qualitatem sibi debitam, unde cum Judas
non receperit effectum Eucharistiae, dicitur
non manducasse, sicut enim dicit serm. 2.
de verbis apostoli: illud manducare refici
est: illud bibere quid est, nisi bibere? 2do
deinde saepe quando aliquid negatur, non intelligitur
quoad suam substantiam, sed tantum quoad qualitatem
et effectum, sic 1. ad Cor: 15. dicuntur re-
surrectura corpora spiritualia, cum tamen quoad
substantiam non sint futura talia, et ibidem
dicitur; caro et sanguis regnum Dei non pos-
sidebunt, quod tamen intelligi potest de effectibus
carnis, seu peccatis, vel qualitate carnis,
id est corruptione; alias utique corpora
erunt in coelo. ad 4tum. illud cre-
dere est aliqua spiritualis manducatio, sed
non excludit realem.
38. Ad 5tum. passioni Domini est communicandum per ipsam
susceptionem Sacramenti, unde hic augustinus aliud
non vult, quam quod Paulus 1. ad Cor: 11. dicens:

morte Domini annunciabitis. Ad ultimum tex-
tum Retorqueo Argmtm: infantes e
nec spiritualiter per fidem actualem possunt
Euchriam sumere: Augustinus docet igitur,
infantibus necessriam esse Euchriam non in re, nec
in voto explicito, cujus ob defectum ranis sunt
incapaces; sed in voto implicito, quod ait esse
baptismum; quia sicut quilibet genitus exigit
cibum, sed suo tempore sumendum, ita enim
spiritualiter genitus exigit pro suo tempore
cibum spiritlem. Deni per Baptismum homo in-
greditur Ecliam, et subjicitur praecepto de Eu-
charia quotannis suscipiendâ, et incorporatur
enim Christo, quae incorporao juxta SS. patres
aliquo modo aequivalet sumptioni Eucharia,
et in hoc sensu Baptismus e virtualis sum-
ptio Eucharia; licet autem Eucharia in voto
implicito non sit Christus realiter, e tamen Eucha-
ristia in se Christus realiter. Ad 2dam
Confirmaoem. N. cssiam. Patres aliqdo quatim lo-
quuntur figurate, sed propterea sensum literalem
non excludunt, praesertim isti, quorum textus
clarissimos vide apud Bellarm:

Ob. 6. contra 3tiam conclusioem: SS. Patres vo- 39.
cant Eucharia panem et vinum. go. Confirmtur. i.
in vino Cana Galilaea mansit maa prima
aqua. go manet maa prima panis in Euchria.
2. Marci 14. dicit Christus: non bibam de hoc
genimine vitis usque in diem illum, cum illum
bibam novum in Regno Dei. quod enim, habetur Matth.
26. hoc dictum fuit post consecraoem. go post,

hanc adhuc adest vinum. R. N. conseq. Eucharia vocatur panis ex triplici causa. 1. quia est coelestis et supersubstantialis. 2. est panis apparenter propter species. 3. est panis ampliative, hoc est, immediate fuit, quo sensu enim scriptura vocat serpentem illum, in quem versa est virga Moysis, virgam, et potest statua salis, in quam versa est uxor Loth, enim dici uxor Loth.

40. Ad 1. confirmationem T. A. N. conseq. non potest ex materia panis fieri corpus Christi, esset enim aliud corpus, quam passum fuerit: at potuit fieri ex materia aqua vinum. Ad 2. confirmationem N. min: S. Lucas clare distinguit duos calices cap: 22. et ista verba subnectit: calici non consecrato, cum refert alium calicem datum, scilicet consecratum, cui nil postponit. Ita docent S. Hyeron: Beda, et Theophilactus. Quod autem Matth: et Marcus hoc verba referant, postquam jam meminerunt consecrationis, inde est, quod illi non reflexerunt ad ullum calicem, sed tantum ad vinum in mensa positum, vel non narrarunt suo loco rem non adeo magni momenti. quodsi enim illa verba dicta essent postea, tamen, teste S. Anselmo, non deberent referri ad calicem consecratum, sed prius potatum cum esu Agni Paschalis.

41. Ob: 7. Eucharia ~~nut~~ nutrit. ergo est panis. Confirmatur. 1. Ad Sacramentum requiritur

elementū. q̄ō panis. 2. S. Iraneus q̄tra Hæreses cap: 34. ait, Eucharistiā q̄stare re cælesti et terrena. q̄ō corpore Christi et pane. 3. Origenes in Caput 15. Matth: ait, Eucharistiā secundum id, q̄ hbt materiale, abire in ventrē, et in secessū emitti. 4. Theodoretus ait: ~~Signa~~ Seque signa mystica post sanctificatiōē recedunt à sua naturā, manent ē in priori substātia figurā et formā. 5. Gelasius q̄tra Eutichetem ait: Sacramenti corporis et Sanguinis Christi naturā ē, et tn̄ n̄ desinit eē substātia vel naturā panis. ~~Dama~~ 6. Damascenus lib. 4. fidei. cap: 14. docet, divinitatē Christi conjungi cum pane et vino. 7. Nomen transsubstantiationis ignotum fuit antiquis, et primò ē inventum in concilio lateranensi 4to sub Innocentio 3tio.

R: N. q̄sā. Deus ē miraculosè supplet defectū naturā. ad 1. confirmatiōē. N. q̄sā. elementū, ex quo q̄stituitur Eucharistia, sunt species 42.

sensibiles. ad 2dam. res terrena
itarum sunt species. ad 3tiam. Origenes
intelligendus est de speciebus corruptis, quae cum
parte nova substantiae, quam Deus loco
materiae panis creative producit, va-
dunt ulterius. ad 4tam. Verba
in graeco ita sonant: manent enim
prioris substantiae forma et figura: ergo
loquitur de accidentibus. Deinde graeci
saepius per naturam intelligunt naturam acci-
dentium, proprietates, et externam speciem.
43. Ad 5tam Confirmationem: Gelasius ille non est
Gelasius Papa, sed alius aliquis ab hae-
reticis Basileensibus impressus, et
hic enim videtur tantum intelligere accidentia,
ut videtur patere ex contextu.
Ad 6tam: S. Damascenus explicandus
est de divinitatis conjunctione cum
pane aparenter tali, nam ibidem
dicit panem et vinum supernaturaliter
transmutari ~~ad~~ in corpus et sangui-
nem Christi. Ad ultimam: sicut
occasione aliarum haeresum ortarum
attribuit Ecclesia alia nomina, ita potuit
contra Sacramentarios adhibere novam

voce, praesertim cum Patres passim vocent conversione et transmutaone, et Theophilactus in 14tum Marci transelementarem &c.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST